notiones in luce interpretatione proferens? Sicut enim
ex libidine non gignitur temperantia, sic fieri non potest,
ut ex malo secundum substantiam aliquid honestum pro=
silipatur. Cum igitur singula membra consideraveris,
auditum, adspectum, linguam, alia membra, et videris facta
esse instrumenta preceptorum, quae diximus, tunc corpus
quidem laudabis et non vituperabis, videbisque facta esse, haec
esse pura, ac munda, execraberis autem fraudulentum
veritatis inimicum. Quod si quae partes corporis semper essent
temperantes, nunquam in pigritia, aliae vero semper pigran=
tes, nullam partem temperantiae amplectentes, sic posset
divisionem esse in corporibus, et partes quasdam sic natura
factas esse, quasdam vero aliter, essetque in hoc ratio eorum
infirma, non enim jam de totis corporibus eorum dispu=
tatio esset si tali hypothesi uterentur. Sed facile rur=
sus sic redarguuntur: Quomodo enim possent corporum
quidem substantiae duae contrariae naturae ab eadem sub=
stantia subsistere? eademque substantia in naturas
duas dividi? ut haec pars sit semper mala, altera ve=
ro semper bona, et ut se recipere non possint, secum pu=
gnent, a se intereant, in usu atque exercitatione se inter=
imant, cum alioqui substantia nunquam secum pugnet,
seque tollat, si talia ingerantur, rursus ipsorum
quaestio negatoria et fatua apparebit. Omnia vero
non sic sunt corpora, nec alia quidem semper sunt
in virtute temperantiae, alia vero semper in pigritia,
sed metus est de temperantibus, ne quando propter
negligentiam temperare pigeantur: Multa
enim jam corpora ob virtutem temperantiae
clara, capta sunt, et ea aestu

libidinis